1628. Ex Ms. Arch. Stan. aug. Regis.

Kopia przywileiu pod rokosz napisa:
nego de libera electione ktorego się doma:
gano na przesłych seymach.

129

Sigismundus tertius &c.
Etsi tales tantesq; sint libertatum preroga:
tive, quibus hujus incliti regni nobilitatem
jam olim majores nostri ob preclara ejus
merita, ac precipue militarium virtutum
studium fidemq; constanter principibus et
patrie servatam honestare et insignire vo:
luerunt, ut si ceteris nationibus hac in par:
te conferatur, longe multumq; unctis emi:
neat, illa tamen que ceterarum libertatum
est origo et fundamentum habita est pro:
pria et peculiaris hujus regni prerogativa,
quod nemo ad regimen regni vel sanguinis
vel successionis beneficio vel alicuius pactio:
nis, aut juris transfusionis pretextu, aut
nullo quesito colore se ingerere, rexq; dici
possit, quem non antea universi regni or:
dines collatis in unum suffragiis, concordi:
bus votis elegerint, regemq; suum esse juss:
serint. Nos quoq; quemadmodum dominos
decessores nostri serenissimi Polonie reges
spontanea ordinum voluntate, et studio in
nos singulari ad gubernationem hujus re:
gni liberis universe nobilitatis suffragiis
vocati, rexq; appellati, et sacra corona invi:
gniti sumus, ea lege et conditione, ut inter:
posito jure jurando, nos leges et immunita:
tes, ac precipue regis liberè eligendi potesta:
tem, ceteraq; omnes prerogativas, in o:
=nibus

Nizyński

omnibus eorum punctis et clausulis conser-
vaturos sanctè promitteremus. Quod etsi
in ipso felicis coronationis nostre actu
sufficienter prestiterimus, legeq; lata adi-
psum declaraverimus, tamen cum intelle-
xisemus sinistras quorundam in animis
subditorum nostrorum suspiciones, subinde
hai de re generari, quo omnem metum illis
adimamus, ex senatus nostri consilio pre-
sentibus literis nostris seuros reddimus,
et promittimus, neq; nos ipsos admissuros,
ut viventibus nobis, de substituendo rege
tractatus ineatur, neq; passuros, ut quis-
piam alter hoc ipsum attentare presumat,
quinimo talem et tales omnes hostes pa-
trie et publice libertatis subversores ju-
dicamus, penisq; iis, quibus criminis per-
duellionis rei tenentur subjacere decernimus,
et nihilominus quidquid in derogationem
libertatis eligendi regis a quoquam factum
attentatumq; fuerit, id irritum, nullius q;
roboris fore pronunciamus. Nosq; vigore
hujus privilegij verbo nostro regio ad hoc
ipsum diligenter et inviolabiliter servan-
dum obstringimus et obligamus, harum
literarum tenore, quas manu nostra sub-
scriptas, sigillis regni et magni ducatus
Lithuanie communiri jussimus.